

# PRACTICA CAV-

SARVM CRIMINALIVM

DN. LVDOVICI CARERII

R. HEGINENSIS, V. I. D.  
CELEBERRIMI.

Tyronibus, ac veteranis admodum utilis, & necessaria, In qua Appel-  
lationum, Indiciorum & Torturæ, Homicidij, & Assassiniij, &  
Hæresis Tractatus continentur, & quæ disponantur super  
his Iure Ciuili, Canon. & Regni Neapol. statutis  
traduntur, & miro ordine apparent compilata,

*Postrema hac editione ab Auctore ipso diligentissime recognita,  
& tertia amplius parte locupletata,*

Cum eiusdem Auctoris Summariis, & copiosissimo Indice.



LVGDVNI,  
APVD GVLIELMVM ROVILLIVM.  
SVB SCVTO VENETO.

M. D. LXXXIX.

Coll. Soc. 1 & v Salm. ex dono Regum. Bibl. d.

EXCELLENTISSIMO  
DOMINO BERNARDINO

MARTIRANO A SECRE-  
tis Cæsaris in regno Neapolitano, ac  
Equiti dignissimo,

LVDOVICVS CARERIVS  
R H E G I N V S S. P. D.




*VM* Maiorum instituta tacitus mecum  
repetere, excellentissime domine, occurrit  
de repente praclarus ille erga benemerentes  
antiquorum mos, diuinâque penè assuetu-  
do, qua & publicè & priuatim beneficia, quæ semel à gra-  
tiosis sibi hominibus accepissent, ab oblivionis iniuria, qua  
poterant ratione vindicarent, immortalitatique consecra-  
rent: hinc enim & publicitus dicata statuae, & ne minus  
a quo honoris deferretur aliquid, cœptum est & iam domi,  
remotissimis penetralibus, ad Vestam penè ipsam habere  
illos in pretio, quibus vel ex ipsa necessitudine faterentur  
se debere aliquid, vel aliunde tanquam beneficio obaratos  
devinciri. Erecta itaque & efficta ad eam rem statuae, &  
imagines, lanariisque saepe tam reuerenter illatae, ut pena-  
tibus ipsis, quos affectis bene hominibus pristina conciliaf-  
set observantia, solitum honorem præriperint: quæ mecum  
repetens, & pro confesso habens, me tibi quam maxime  
fore obnoxium, ut tot, & tanta à te mihi præstata beneficia  
( ut tuo auspicio, & favore paternam hauserim substan-



GVLIEL. ROVILLIVS

LECTORI.



V M hisce annis ( Lector ) omnibus  
inseruiens, sed præsertim in Iure can-  
didatis, practicam hanc caussarum cri-  
minalium D N. Ludouici Carerij excu-  
sissem, eam à studiosis quibusque ita  
auide exceptam reperi, vt nonnulli  
paucis post diebus mecum expostularent, quòd his tan-  
tùm fontem subindicassem, & aditus ad eum interclusus  
esset, præ exemplarium inopia. Ego verò qui noctes  
diesque nullum non verso lapidem, quò rei literariæ, to-  
tiq̃ue Reipubl. Christianæ aliqua proficiam, mirum  
quàm angebar ( verum enim dicam ) quòd his subinde  
morem gerere non liceret. Sed quid ageres? Ita sunt res  
mortaliũ, ὥστε μήτε παύσαι, μήτε πᾶσι, μήτε πάντοτε. Verum enim-  
uerò cùm id memoria nūquam excidisset, semperque ob  
oculos obuersaretur meos, cœpi tãdem cogitare, quònam  
pacto tanti temporis versuram soluerem, ne qui cæteris  
in rebus studium meum, operam, industriam, laborem,  
diligentiamque omnem in excolenda, amplificandaque  
re literaria impenderem, hoc loco, καὶ ἀπὸ τῶν φιλολόγων, of-  
ficiũ meum requiri sinerem. Itaque auctorem ipsum  
adij, hanc, vt sedulò recognosceret, precibus cum eo egi,

*ELENCHUS OMNIUM TRACTATUUM, QUI IN HAC PRACTICA CRIMINALI CONTINENTUR.*

1643

<i>Tractatus Appellationis in criminalib.</i>	<i>fol. 2</i>
<i>Tractatus de Indiciis, &amp; Tortura.</i>	<i>34</i>
<i>Tractatus de Homicidio &amp; Assassinio.</i>	<i>98</i>
<i>Tractatus de Hæreticis.</i>	<i>254</i>

# SOLENNIS REPETITIO

IN L. II. C. QVOR. APPELLA. NON

RECIP. EDITA PER EXIMIVM V. I. D. LVDO-

VICVM CARERIVM RHEGINVM,

REGNI NEAPOLITANI.

CVI TRACTATVS APPELLATIONIS IN CRIMINA-

libus, Indiciorum, & Torturæ subicitur; solennis deinde tractatus de

Homicidio subsequitur; & Tractatus de Hæreticis subnecti-

tur: ex quibus Practica causarum crimina-

lium elicitur.

*Et disposita in omni iure Civili, Canonico, & Regni Neapolitani statutis traduntur, miròque ordine compilata apparent.*

TEXTVS LEGIS.

Imp. CONSTANTIVS, & CONSTANS AA.

ad Hieroclem Cos. Syriæ Cæles.

OBSERVARE curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itèmq; eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam propria vitium, scelusque confessus audiatur appellans. Sicut enim hoc observari disposuimus, ita æquum est, testibus productis, instrumentisque prolatis, aliisque argumentis prælitis, si sententia contra eum lata sit, & ipse, qui condemnatus est, aut minimè voce sua confessus, aut formidine tormentorum terreus contra se aliquid dixerit, prouocandi licentiam ei non denegari. Dat. V. ID. Decemb. Leonis, & Sallustio Cos.

SVMMA RIVM.

- 1 Conuictus, & confessus spontè non appellat.
- 2 Conuictus tantùm, & non confessus, aut formidine tormentorum confessus, appellat.
- 3 Executio pænæ capitalis non impeditur per appellationem, quando est conuictus, & confessus.
- 4 Conuictus & confessus non appellat in criminalibus, nec etiam in pecuniariis.
- 5 Conuictus & confessus appellare dicitur per calumniam, ut differat executionem, nec de errore probat.
- 6 Conuictus per claras probationes non dicitur errare, sed veritas cum confessione consonat.
- 7 Appellatio friuola tolli potest iure, statuto, & præscripto.
- 8 Conuicti, & confessi appellatio dicitur friuola, & calumniosa.
- 9 Appellatio notoriè calumniosa non impedit executionem capitalem.
- 10 Conuictus & confessus non appellat, in delictis etiam non consummatis.
- 11 Delictorum initium attenditur, & non finis.
- 12 Conuictus per indicia indubitata non appellat, sicut nec per testes, secus, si dubitata.